



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendivm Summæ Card. Toleti

Minucius, Genesisius

Sammieli, 1613

De sacrame[n]to pœnitentiæ effectu cap. 20. & 21.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41701

simplices. caueat circústantiarum
numerú superfluú in peccatis car-
nis exquirere. Demú satisfactiõne
ei salutarem, pro culpá modulo
prudéter impédât, deinde absoluat

*De Sacramenti Pœnitentiæ effe-
ctu. Cap. 20. 21.*

Q Vicunque post rationis v-
sum mortaliter peccauit,
semel saltem in anno con-
fiteri tenerur, vt monemur c. vtri-
usque sexus, de pœnit. & remiss. Et
quamuis in toto anni circulo cõ-
fessionis tempus determinatum
minimè habeatur, in Paschate ta-
men cum quilibet communicare
debet propter tanti Sacramenti re-
uerentiam ritè confiteri poterit.
Quod si prius illo anno fuerit cõ-
fessus, & mortali culpa tunc non
grauatur (remoto scandalo) in
Paschate sine confessione digne

commu-

communicabit. At si anno transacto non fuit confessus, peccat mortaliter, & sub eadem peccati pœna ex tunc confiteri tenetur, toties quoties commoda confitendi se obtulerit occasio: vti Toletus ipse lib. 6. c. 18. clarius ostendit. Pœnitens non tenetur sigillo confessionis, sed ad libitum potest sua peccata reuelare, ac etiam pœnitentiam impositã pro palare, modo absit suæ famę, vel confessarii neglectus. Necessitate urgente, cum mortis imminet periculum, vt tempore belli, vel cum nauigio est iter factururus, plures vni confiteri simul ritẽ poterunt. Si autem circa aliquod peccatum sint doctorum contrarię opiniones vtrinque probabiles: & pœnitens diuersam à confessario sustineat: confessarius debet ei cedere, & absolutionem impendere. Effectus huius sacramenti sunt culpæ remissio, gratiæ collatio, vel

iusdem augmentum in habente:
remissio pœnæ æternæ quam in
temporalem commutat, & hu-
ius temporalis pars deletur,
cum pœnitens confessio-
ni rursus subditur, ea-
dem peccata cõ-
fitendo.

Finis Tertii Libri.

